



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primae Partis Opera Historica,  
Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

I. Chronologia Mystica, de Secundeis siue intelligentiis orbes post Deum  
mouentibus, liber ad Maximilianum Imp. Rom. scriptus.

**urn:nbn:de:0128-1-17297**

IOHANNIS TRITHEMII

ABBATIS SPANHEYMENSIS,

DE SEPTEM SECVNDEIS, IDEST, INTELLIGENTIIS

sive Spiritibus orbes post Deum mouentibus, libellus sive  
Chronologia mystica,

*Multa scituque digna, mira breuitate in se complectens arcana.*

IOHANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEYMENSIS  
Epistola in libellum de intelligentiis cœlestibus, orbes  
post Deum gubernantibus.

AD DIVVM MAXIMILIANVM I. IMP. CÆS. P.P.

**M**eterum sententia est plurimorum, sapientissime Casar, mundum hunc inferiore ordinatione primi intellectus, qui Deus est, per secundas intelligentias gubernari. Quorum opinioni Conciliator assentiens Medicorum dicit, septem Planetis, spiritus septem à principio cœli et terra prefectos: quorum vnusquisq; mundum annis gubernat trecentis quinquaginta quatuor, mensibusq; ex ordinis quaternis. Huic positioni complures viri doctissimi hactenus præbuere consensum: quam ego non asserendo, sed referendo duntaxat facio tua Maiestati Sacratiss. manifestam.

I.

**P**RIMVS Angelus, sive spiritus Saturni vocatur Orisiel, cui Deus mundum à principio creationis gubernandum commisit, cepitque regimen illius 15. die mensis Martii, anno mundi primo, & durauit annis 354. mensibus quatuor. Orisiel autem nomen est officii, non naturæ, spiritui ratione actionis attributum, sub cuius regimine homines fuerunt rudes & agrestes, more bestiarum in solitudine commorantes. Quod mea non indiget probatione, cum ex textu Geneleos omnibus sit manifestum.

II.

SECUNDVS mundi gubernator est Anael, spiritus Veneris, qui post Orisielem regere cepit sui influxum planetæ anno mundi 354. mense quarto, hoc est 24. die mensis Iunii, & mundum gubernauit annis 354. mensibus quatuor, vsque ad annum orbis conditi 780. vt calculanti patet, etatem. Sub huius regimine Anaëlis homines ceperunt esse cultiores, domusq; constituere & vrbes, artes inuenire manuales, opus textrinum, lanificium, hisq; similia, carnis quoq; voluptatibus per amplius indulgere, vxoresque sibi pulchras assumere, Deum obliuisci, & à naturali simplicitate in multis recedere: ludosque cantilenas inuenire, cithara canere, & quicquid ad Veneris pertinet rationem & cultum excogitare, durauitque ista in hominibus lascitia vitæ ad diluuium, sumens argumentum prauitatis suæ.

III.

TERTIVS Zachariel Angelus Iouis mundum cepit gubernare, anno creationis cœli & terræ, 780. hoc est, 26. die mensis Octobris, & gubernauit mundum annis 354. mensibus quatuor, vsque ad annos conditi orbis 1063. inclusiue. Sub cuius moderatione homines primum sibi Dominum in alterutrum vsurpare ceperunt, venationes exercere, tentoria facere, & corpora variis indumentis exornare, factaq; est magna inter bo-

Trithemii  
Opera  
historica

IOHANNIS TRITHEMII

nos malosque diuifio, bonis inuocantibus Deum, sicut Enoch, quem transtulit Dominus, malis autem post carnis illecebras discurrentibus. Cœperunt etiam homines sub huius Zachariæ regimine magis ciuilitate uiuere, legesque pati maiorum, mansuete a feritate priori, sub eius quoque ducatu Adam primus homo fuit mortuus cuncta postetitati relinquens testamentum necessario moriendi. Variæ denique hoc tempore adinventiones hominum & artes emerferunt, sicuti historiographi clarius expresserunt.

III.

Raphael.

QUARTVS mundi rector fuit Raphael, spiritus Mercurii, qui cœpit anno creationis Cœli & terræ 1063, Februarii die 24, & præfuit annis 354, mensibus quatuor, & durauit eius dominium vsque ad annos mundi 1417, & mensem quartum. Hisce temporibus scribaria primo fuit inuenta, & literæ primo ad modum seu formam arborum atque plantarum excogitatae, quæ tamen postea cum tempore & cultiorem sumpsere ornatum, & caracterum faciem ad suam gentes arbitrium mutauerunt. Musicalium quoque instrumentorum vsus sub regimine huius Raphaelis multiplicari cœpit & mercantiarum primum fuit commutatio per homines adinuenta. Nauigandi quoque rudis audacia his temporibus primo fuit præsumpta, & alia id genus multa.

V.

Samael.

QUINTVS gubernator mundi fuit Samael, angelus Martis, qui cœpit 26. die mensis Iunii, anno mundi 1417, gubernauit mundum annis 354, mensibus 4, vsque ad annum 1771, mensem 8. Sub cuius regimine Martis naturam homines fuerunt imitati. Item sub moderatione huius Samaelis, diluuium fuit vniuersale, anno mundi 1656, sicuti ex Genesis clare patet historia. Et notandum, quod veteres tradiderunt philosophi, quodies Samael spiritus Martis rector est orbis, toties Monarchiæ notabilis alteratio surgit. Religionibus variantur & sectæ, mutantur leges, principatusque ad extraneos transferuntur & regna, quod ex historiis per ordinem facile possumus inuenire. Verum non statim à principio regiminis Samael hunc manifestat sui moris affectum, sed posteaquam gubernationis suæ medium excefferit quod idem de aliorum planetarum spiritibus est intelligendum (vt in historiis patet) qui omnes secundum proprietates naturæ astrorum suorum, influunt & operantur ad inferiora mundi huius

VI.

Gabriel.

SEXTVS mundi gubernator Gabriel Angelus Lunæ, qui cœpit post Samaelem Martis, 28. die mensis Octobris, anno mundi 1771, mense 8, & gubernauit orbem, 354. ann. menses 4, vsque ad an. mudi 2126. His temporibus rursus multiplicati sunt homines, & varias cõdiderunt vrbes. Et notandum, quod Hebræi dicunt diluuium factum, anno mudi, 1656, sub regimine Martis. Sed septuaginta interpretes Isidorus & Beda confirmant illud factum, anno 2242, sub gubernatione spiritus Lunæ Gabrielis, quod & mihi veritati magis videtur cõsentaneum multiplicatione, quam exprimere non est præsentis temporis.

VII.

Michael.

SEPTIMVS mudi gubernator Michael fuit, Angelus Solis, qui cœpit 24. Februarii, anno mundi secundum communem supputationem 2126, & gubernauit orbem annis 354, menses quatuor, vsque ad annum ætatis mundi, 2480, menses 4. Sub Angeli Solis regimine sicuti historiæ consonant veritati Reges inter mortales primum esse cœperunt, inter quos Nemroth primus libidine dominandi super socios imperium tyrannidis inuasit. Cultus quoque Deorum stultitia hominum institutus fuit, & tenues suos adorare principes vt Deos cœperunt. Variæ etiam artes hoc tempore per homines fuerunt inuentæ: scilicet Mathematica, Astronomia, Magia, & vnus Dei cultus diuersis cœpit exhiberi creaturis, & veri cognitio Dei per superstitionem hominum in obliuionem paulatim deuenit. His quoque temporibus, Architectura inuenta est, & cœperunt homines politioribus, vti & moribus & institutis.

Regum origo.

Idolatria facturigo.

VIII.

OCTAVO dehinc ordine rursus Orisel Saturni Angelus, mundum gubernare cœpit 26. die mensis Iunii, anno ab origine mundi 2480, menses quatuor, annisque 364, & mensibus quatuor, orbem secunda vice gubernauit, vsque ad annu mundi 2834, mensemque octauum. Sub huius gubernatione Angeli, multiplicatae sunt gentes, diuisa terra in Regiones, instituta multa regna, Turris Babel constructa, linguarum facta confusio, homines in omnem sunt terram dispersi, cœperuntque homines terram accuratius colere agros instituire, frumenta serere, vineas plantare, arbores infodere, & quicquid ad victum vestitumque pertinet, diligentius acquirere. Ab isto tempore primum inter homines

CHR

mines fieri cœpit nobilitates mortuos & eorum si duobus millibus mundi varia genera musicalium nis nimium prosequuti instituentes & dicantes per Sorostem Bactrianorum in bello superauit

DECIMO ordine sis Februarii, anno concfes 4 vsq; ad annum aurea dici potuerant, in contulit, & maximum circuncisionis dedit, & primo pollicitus est. Surrexerunt, & iusti ab impiis sunt apud Archadium Iupitibus, dedit, moribus multum Sacerdotes, & multum dictus est, & post mortem Ietari, quemadmodum gelli regimine dictus est manas, mansuetos, & m annuli primus excogitauerunt & alii Iouiniani genio multa generi humanæ mortui inter Deos re apud Græcos instituit.

ORDINE vndecima prima die mensis Iulii ad annum creationis cœtet ex veterum historiis, vltimi clarissimi viri Me crops, & complures alii, Variæ quoque his temporibus incantationesque quid subtilitatis & ingerfes Hebræorum dux Iapic cultor, Hebræorum popo tempore Ianus in Italia prodouit, & pro Deo habitus mensis filia Euandri Lati cœpit legem populo suo testimoniu reddidit manifestas. Multa quoque his tenes, vt Sybilla Erythrea, I

DVODECIMO au 2. die mensis Octob. annibus 4 vsq; ac annos 415 dium Troianum in Asia

CHRONOLOGIA MYSTICA.

mines fieri cepit nobilitatis discretio, quando viri & moribus & ingenio reliquos excellentes insignia gloriæ a maioribus terræ pro meritis susceperunt. Hinc primum orbis totus in hominum notitiam deuenire cepit, cum vbique multiplicatis gentibus, & multa oriebantur regna, & variæ sunt linguarum differentiæ subsecutæ.

X.

NONO autem ordine mundum rursus gubernare inchoauit Anael spiritus Veneris 29. die Octob. anno creationis cæli & terræ 2834. mense 8. & præfuit annis 354. mensibus 4. vsq; ad annum mundi 3189. His temporibus homines Deum verum obliuioni tradentes, mortuos & eorum statuas pro Deo colere & honorare ceperunt, qui error plus quam duobus millibus mundum occupauit annis. Introducentes curiosos corporis ornatus, & varia genera musicalium instrumentorum, homines rursus libidinem & voluptatem carnis nimium prosequuti sunt, statuas quoq; & templa diis suis homines hæc temporibus instituentes & dicantes. Incantationes & maleficia temporibus istis fuerunt excogitata per Sorastem Bactrianorum Regem primum, (& alios diuersos) quem Ninus rex Assyriorum in bello superauit.

Idololatria incrementum.

DECIMO ordine Zachariel Angelus Iouis iterum gubernare cepit ultimo die mensis Februarii, anno conditionis cæli & terræ 3189. & gubernauit annis ex more 354. mensibus 4. vsq; ad annum mundi ipsius 3543. & mensem 4. Hæc læta fuere tempora, quæ vere aurea dici potuerunt, in quibus omnium rerum copia, & generi humano incrementum contulit, & maximum orbi dedit ornatum. Similiter hoc tempore Deus Abraham legem circumcisionis dedit, & generis humani Redemptionem per vnigeniti sui incarnationem primo pollicitus est. Sub huius regimine Spiritus Patriarchæ infundatores iustitiæ claruerunt, & iusti ab impiis sunt propria voluntate & opere diuisi. Claruit his etiam temporibus apud Archadiam Iupiter, qui & Lifania, cæli & Dei Filius, Rex, qui primus leges Arcadibus, dedit, moribus multum fecit esse ciuiles, Dei cultum docuit, templa construxit, instituit Sacerdotes, & multa generi humano procurauit vtilia, propter quæ & Iupiter ab eis dictus est, & post mortem pro Deo habitus, duxit autem originem ex Heber filius, scilicet Ierari, quemadmodum historiæ sonant. Prometheus etiam filius Athlantis sub huius Angeli regimine dictus est fecisse homines, propterea quod ex rudibus effecerit doctos, humanos, mansuetos, & moribus scientiaq; politos, imagines arte fecit sese mouere. Vnum annuli primus excogitauit, sceptrum diademaq; & insignia Regalia similiter inuenit. Claruerunt & alii Ioniniani his temporibus homines sapientissimi viri & mulieres qui suo ingenio multa generi humano vtilia inuenta tradiderunt, & propter magnitudinem sapientiæ mortui inter Deos relati putabatur. Videlicet Phoroneus, qui leges & iudicia primus apud Græcos instituit, Sol, Minerua, Ceres, Serapis apud Ægyptios, & alii complures.

Promissa hominæ Salutis resurrectio.

Iupiter Rex Arcadiæ.

Promethens.

Phoroneus.

XI.

ORDINE vndecimo Raphael spiritus Mercurii iterum mundi regimen suscepit prima die mensis Iulii anno mundi 3543. mense 4. & præfuit annis 354. mensibus 4. vsque ad annum creationis cæli & terræ 3897. & 8. mensem. His vero temporibus, vt clare patet ex veterum historiis, homines sapientiæ operam magis dederunt, inter quos fuerunt vltimi clarissimi viri Mercurius, Bacchus, Omogyrus, Iliis, Inachus, Argus, Apollo, Cecrops, & complures alii, qui suis inuentionibus & mundo tunc profuerunt & posteritati. Variæ quoq; his temporibus superstitiones in cultura idolorum per homines fuerunt institutæ, incantationesq; & artes imaginum diabolicarum mirum in modum auctæ, & quicquid subtilitatis & ingenii Mercurio ex more attribuetur, tunc temporis augebatur. Moses Hebræorum dux sapientissimus, multarum rerum & artium peritus, veri & vnius Dei cultor, Hebræorum populum a seruitute Ægyptiorum in libertatem vindicauit. Hoc etiam tempore Ianus in Italia primus regnauit, post quem Saturnus, qui stercore agros pinguari docuit, & pro Deo habitus fuit. Circa hoc tempus Cadmus literas Græcas inuenit & Carmentis filia Euandri Latinas. Deus omnipotens sub regimine huius Raphaelis angeli Mercurii legem populo suo per Moſen dedit in scriptis, quæ Christi futuræ natiuitati in carne testimoniū reddit manifestum. Mirabilis quoq; in mundo religionum fuit suborta diuersitas. Multa quoq; his temporibus floruerunt Sybillæ, prophetæ, Arioli, Aruspices, Magi, Vates, vt Sybilla Erythrea, Delpihca, Phrygiac; cum cæteris.

Moses.

Ianus.

Cadmus. Legi diuina enucleatio.

XII.

DVODECIMO autem ordine mundum denovo regere cepit Samael Angelus Martis, 2. die mensis Octob. anno mundi 3892. mense 8. durauitq; regimen eius annis 354. mensibus 4. vsq; ad annos 4252. Sub cuius regimine fuit magnum illud ad famosissimum excidium Troianum in Asia minore, factaque est Monarchiæ multorumq; Regnorum administra-

Excidium Troianum.

randa

Plithemij

Opera  
historica

*Parisius.* randa mutatio & multarum de nouo ciuitatum institutio, vt Parisiensiu, Moguntia, Carthagini, Neapolis, & aliarum multarum. Multa etiam regna de nouo fuerunt exorta, vt Lacedaemoniorum, Corinthiorum, Hebraeorum & complura alia. Maxima fuerunt his temporibus in toto mundo bella & praelia Regum & gentium, variaque mutationes Imperiorum. Veneti ab hoc tempore ex Troianis computant initium & gentis suae & vrbis. Et notandum, quod & aliae nationes plurimae tam in Europa quam in Asia suam praetendunt originem se sumplisse a Troianis, quibus tantum aecommodare fidei duxi, quantum ipsi veritatis mihi sufficienti testimonio poterunt persuadere. Friuola sunt quae afferunt de sua nobilitate & antiquitate, volentes palam gloriari: quasi non fuerint in Europa gentes, ante Troianorum excidium, nullusque inter ipsos Troianos ignobilis. Item sub huius planetae imperio Saul primus Iudaeorum factus est Rex, postea Daniel, cuius filius Rex Salomon, templum Dei veri toto famosissimum in mundo in Hierusalem costruxit, hinc spiritus Dei propheta suos ampliore lumine gratiae suae illustrans, non solum de futura incarnatione Domini Saluatoris, sed & alia multa praedicere fecit, vt sanctae testantur historiae, inter quos fuerunt Nathan propheta Dauid Regis, Gad, Afaph, Achias, Semeias, Afarias, Anan cum pluribus aliis. Homerus Poeta Graecus Troiani scriptor excidii, Dares Phrygius, Dictis Cretensis, qui excidio ipsi interfuerunt, & similiter descriperunt, fuisse leguntur his temporibus in humanis.

XIII.

*Mellim.* *Helisan.* *Lycurgum.* *Occasus.* *Monarchia Assyriorum.* *Vrbs Roma construitur.* *Septem sapientes Graecia.* *Romulus.* *Numa.* *Ezechias.* *Nabuchodonosor.* *Sedechias.* *Hieremias.* *Euil.* *Perfarum Monarchia.* *Cumana Sybilla Tarquinio Prisco.* *Romana Reip. mutatio.* *Pythagoras.* *Esdras.* *ORDINE* tertio decimo, Gabriel spiritus Lunae denuo regimen mundi suscepit 30. die Ianuarii, anno ab origine vniuersi 4252. & praefuit imperio suo annis 354. mensibus 4. vsque ad annum mundi 4606. & mensem 4. Isto autem tempore plures apud Hebraeos claruerunt prophetae Helias videlicet, Heliseus, Micheas, Abdias, & alii complures. Erantque variae regni Hebraeorum mutationes. Lycurgus iura & leges dedit Lacedaemoniis. Capetus Syluius, Lyberius Syluius, Romulus Syluius, Procas Syluius, Numitor, Italiae Reges sub huius moderamine spiritus floruerunt, plura etiam regna sub eo noua sumperunt initia, vt Lydorum, Medorum, Macedonum, Spartanorum & aliorum. Monarchia Assyriorum in Sardanapalo defecit. Similiter & regnum Macedoniorum consumitur. Variae hominibus impositae sunt leges, & veri Dei cultus negligitur, falforu deorum religio nimis propagatur. Vrbs Roma sub imperio huius spiritus construitur anno 1484. qui fuit annus regiminis ipsius Gabrielis in ordine 239. defecitque regnum Syluiorum Italiae & Romanorum incepit. His etiam temporibus Thales, Solon, Chilon, Periander, Cleobolus, Bias & Pitacus septem sapientes in Graecia claruerunt, & ex hinc philosophi & poetae in praecio haberi coeperunt. Imperauit autem Romae primus vrbs conditor Romulus annis 37. fraticida & cultor seditionis. Post quem Numa Pomp. annis 42. qui cultum Deorum ampliauit, tempore Ezechiae regis Iudaeorum magna in pace regnum continuit. Circa finem gubernationis huius spiritus Lunae Nabuchodonosor Rex Babyloniae Hierusalem cepit, & destruxit Sedechiam Regem, & omnem populum abduxit captiuum. Hieremias propheta claruit, qui hoc praedixit excidium. Similiter & ex Babylon futuram liberationem.

XIV.

*ORDINE* post Gabrielem 14. imperium mundi iterum assumpsit Michael spiritus Solis qui cepit prima die mensis Maii, anno mundi 4606. mense 4. rexique mundum in ordine suo annis 354. vsque ad annum conditi orbis 4960. & mensis 8. In tempore huius regiminis Euil Merodach Rex Babylonis libertatem & regem populo restituit Hebraeorum, ad directionem Michaelis, qui, vt Daniel scribit, pro populo stetit Iudaeoru, cui a Deo fuerant, commissi. Item hisce temporibus Monarchia regni cepit Perfarum, cuius Rex primus Darius, & secundus Cyrus regnum illud Babyloniae potentissimum in diebus Balthasar, (vt Daniel & prophetae praedixerunt) funditus destruxerunt. Claret his temporibus Cumana Sybilla, quae nouem libros Tarquinio Prisco Regi praecio coemendos proposuit, in quibus futurorum series auisamentorum & ratio continebatur totius Reipub. Romanorum. Verum cum Rex denegaret pretium, tres primos libros Sybilla eo vidente exussit, pro reliquis sex idem pretium postulabat. Quod cum ille rursus denegasset, alios quoque tres igni tradidit comburendos, quod & de vltimis fecisset, nisi Rex suorum consilio persuasus, eas ab interitu dato pretio redemisset, quod pro omnibus fuerat postulatum. Item Romani abrogatis Regibus duos per annum Consules constituerunt. Phaleris tyrannus Siciliam iis temporibus occupat. Magia quoque temporibus istis apud Reges Perfarum magno in praecio fuit. Pythagoras philosophus & multi alii apud Graecos tunc floruerunt. Templum Hierosolymis & ciuitas reedificatur. Esdras propheta libros Mosi combustos a Chal-

IOH  
a Chaldaeis, qui & Baby  
xes Rex Perlarum exor  
tur, in cenditur, & destr  
les lassos suscitante. Ath  
& Plato philosophi  
bunos & Aediles institu  
lexander quoque Ma  
narchiam Perlarum in  
subingauit: vixit annis 3  
nita bella fuerunt sub  
Hebraeos pro facerdoi

Post Michael em o  
orbis assumptis, vltima  
& praefuit annis 354. me  
lum cepit Punicum int  
penitus quasi consumpt  
Vno hic anno pax fuit R  
fuerunt. Hierosolyma  
phanem. Machabzoru  
dita 606. Carthago destr  
contra dominos suos co  
ropa; animalia domest  
fragore micuit. Mithrid  
manis. Regnum Hebra  
re Zedechiae vsque ad A  
post multa praelia ferunt  
domesticis interfecerunt  
rum per eos antea fueru  
manos valde attruerunt  
dri sunt. Pauculos post a  
Octavianus Augustus p  
narchiam adunauit. Imp  
uerso. Anno a condita v  
regiminis praescripti ann  
CHRISTVS Dei filius &  
chra diuinae praouidentia  
est, & sub tertio quoque  
scriptioni regiminis m  
etorum consonantia min  
mundi fuit Monarchia, f  
tertio (vt cernitur) in vni  
secundo regimine Oris  
retur Babylon. Ab hinc r  
cellauerunt, nec restitue  
tus, haecq; fiet post Chris  
mense 8. Christianam re  
pserunt, simplicissimis at  
Dei spiritus illustrauit. A  
pit, vtrouique spiritu Sat  
multi etiam Christianoru  
interfecti. Circa finem  
dxi in omnem terram di  
8000. reliqui fugerunt,

ORDINE 16. post

IOHANNIS TRITHEMII

à Chaldaeis, qui & Babylonii fuerunt dicti, memoria vsus pro Archetypo reparauit. Xerxes Rex Persarum exercitum aduersus Græcos duxit, sed parum profecit. Roma capitur, incenditur, & destruitur à Gallis, capitolio duntaxat excepto, tutato ab anserè, pugiles lassos suscitante. Atheniensium bella famosissima iis quoq; temporibus fuere. Socrates & Plato philosophi tunc tempotis vixerunt. Romani iteru abrogatis consulibus, Tribunos & Aediles instituerunt, fueruntq; his temporibus multis calamitatib. inuoluti. Alexander quoque Magnus post regimen Michaelis exactum in Macedonia regnauit. Monarchiam Persarum in Dario destruxit, & suo imperio totam Asiam cum patre Europa subiugauit: vixit annis 33. imperauit annis 12. mensibus quinque post cuius mortem infinita bella fuerunt subsecuta, & multa mala, & diuisa est Monarchia in quatuor. Apud Hebræos pro sacerdotio summo concertari ceptum est. Regnum Syria inchoatur.

Xerxes.  
Roma capitur

Socrates.  
Plato.  
Tribuni.  
Aediles.  
Alexander M.  
Persarum monarchia deserta.

X V.

POST Michaelè ordine decimo quinto, iam tertio spiritus Saturni Orisiel, regimen orbis assumpsit, vltima die mensis Septembris, anno conditionis vniuersi 4960. mense 8. & præfuit annis 354. mensibus 4. vsque ad annum mundi 5315. Sub cuius regimine bellum cepit Punicum inter Romanos & Carthageneses. Vrbs Roma per ignem & aquam penitus quasi consumpta fuit. Colossus imago fustis ærea pedum 126. terræ motu corruit. Vno hic anno pax fuit Rom. post bellum Punicum, qui in 440. annis nunquam sine bello fuerunt. Hierosolyma cum templo incenditur & destruitur per Antiochum, & Epiphaniem. Machabæorum historia & bellæ geruntur. His temporibus anno ab vrbe condita 606. Carthago destruitur & arsit per dies 17. continuos. In Sicilia 7000. feruorum contra dominos suos conspiratio fuit. Magna iis temporibus portenta videbantur in Europa, animalia domestica fugere ad nemora, sanguis fluxit, igneus è cælo globus cum fragore micuit. Mithridates Rex Ponti & Armeniæ per annos 40. bellum gessit cum Romanis. Regnum Hebræorum restituitur. quod interruptum fuerat annis 575. a tempore Zedechiæ vsque ad Aristobolum. Item Germani Teutones inuaserunt Romanos, & post multa prælia feruntur victi, ac 160000. interfecti, præter innumerabiles, qui se cum domesticis interfecerunt, sub Caio & Manlio consulibus. Multi nihilominus Romanorum per eos antea fuerunt deleti. Denique bella ciuilia, quæ annis durauerunt 40. Romanos valde attriuerunt. Tres Romæ Soles apparuerunt, nec diu sed mox in vnum redacti sunt. Pauculos post annos Julius Caius Cæsar Romanorum vsurpauit imperium, quod Octavianus Augustus post eum ampliauit, & Asiam, Africam & Europam in vnam monarchiam adunauit. Imperauit autem annis 36. per quem Deus pacem orbi contulit vniuerso. Anno à condita vrbe 751. Octavianus Cæsar Augusti 42. Orisielis spiritus Saturni regimini præscripti anno 245. mense 8. vicesimo quinto die mensis Decembris, IESVS CHRIS TVS Dei filius ex Maria Virgine in Bethlehem Iudæa natus est. Nota quam pulchra diuinæ prouidentia ordinatio. Mundus enim sub Orisielis regimine primo creatus est, & sub tertio quoque miserificorditer redemptus, instauratus & renouatus, veliue descriptioni regiminis mundi septem spirituum planetarum fidem non modicam tanta factorum consonantia ministrare videatur. In primo enim regimine Orisielis, vna totius mundi fuit Monarchia, sub secundo (vt supra diximus) in multos fuit diuisa. Iterum sub tertio (vt cernitur) in vnitatem reuocata, licet, si rectè metiamur, manifestum etiam sit in secundo regimine Orisielis vnam totius mundi fuisse Monarchiam, cum turris constructeretur Babylon. Ab hinc regnum Iudæorum ablatum est, victimæque & iuge sacrificium cessauerunt, nec restitueretur Iudæis libertas, ante tertiam reuolutionem Michaelis spiritus, hæc q; fiet post Christi natiuitatem anno 1880. mense 8. hoc est anno mundi 7170. mense 8. Christianam religionem iis temporibus multi Iudæorum & Gentilium assumpserunt, simplicissimis atque rusticanis prædicantibus, quos non institutio humana, sed Dei spiritus illustrauit. Ad primam simplicitatis innocentiam mundus tum reuocari cepit, vtrouique spiritu Saturni Orisiele ipsum gubernante. Mixta sunt cœlestia terrenis, multi etiam Christianorum, pro fide quam prædicabant, à mundi Rectoribus crudeliter interfecti. Circa finem regiminis Orisielis Hierusalem per Romanos destruitur, & Iudæi in omnem terram disperguntur, interfectis vndecies centum millibus & venditis 80000. reliqui fugerunt, & sic Romani Iudæam penitus destruxerunt.

Bellum punicum.  
Roma calamitas.  
Colossus destruitur.  
Antiochus.  
Epiphanius.  
Carthago destruitur.  
Multa portenta.  
Mithridates.

Teutonica clades aduersus Romanos.

Tres Soles Roma.  
C. Julius Cæsar.

Octavianus Aug.

Emanuel Iesus Christus nascitur.

Iudæorum libertas.

Christiana religio incrementum.

Iudæa destruitur.

X VI.

ORDINE 16. post Orisiele Anael spiritus Veneris regimen totius mundi tertia vice

Trithemii

Opera historica

I O H A N N I S T R I T H E M I I

vice resumpsit, ultimo die Ianuarii. Anno conditionis cœli & tertiæ 5315. à Christi vero natiuitate 109. & gubernauit orbem annis 354. mensibus 4. vsque ad annos mundi 5669. menses 4. Dominicæ vero Natiuitatis in carne 463. Et notandum, quod pene toto tempore istius regiminis Angeli Veneris, Christianorum Ecclesia in persecutionibus floruit & præualuit, infinitis hominum millibus pro fide Christi occisis. Hæreses denique plures his temporibus in Ecclesia pullulare ceperunt, quæ non sine labore & sanguine honorum vitorum cum tempore fuerunt extinctæ. Multi claruerunt iis temporibus viri in omni genere scientiarum doctissimi & eloquentissimi Theologi, Astronomi, Medici, Oratores, Historiographi & iis consimiles, non solum inter gentes, sed etiam apud Christianos. Cessauit tandem persecutio infidelium aduersus Ecclesiam, posteaquam Constantinus Cæsar Magnus fidem assumpsit, anno mundi 5539. post medium regiminis ipsius Anaelis Angeli Veneris, quamuis etiam postea in parte fuerit aliquoties per impios turbata, mansit tamen multo tempore in toto quietissima. Ex hinc genus humanum, quod à tempore Nini Regis circa idolorum culturas per annos 2300. miserabiliter errauerat, ad vniuersi Dei sui cognitionem misericorditer reuocatum. Artes variæ subtilitatis his temporibus auctæ sunt, & per conuenientia naturæ Veneris ornatum sumpserunt & incrementum. Mutantur enim hominum cum tempore mores, & corpora inferiora secundum influentiam superiorum disponuntur. Mens quidem libera est, & influentiam aëtorum non suscipit, nisi præ nimium, quod cum corpore habet, commercium se inclinando affectum commaculet suum. Angeli enim, qui motores sunt Orbium, nihil eorum quæ natura constituit, destruunt vel subuertunt. Cometa insolitæ magnitudinis Constantini mortem præcessit. Arriana hæresis multis in locis turbauit Ecclesiam sanctam in fine huius regiminis, tempore Iuliani Cæsaris cruces apparuerunt, in lineis vestibus hominum. In Asia & Palestina secuta sunt bella, pestilentia & fames in istis locis in quibus cruces apparuerunt. His quoque temporibus circa annos Domini 360. Franci in Germania sumpserunt initium, qui postea Galliam deuastantes suo nomine victam Franciam nuncupauerunt. Descriptio Franciæ fuit magnitudine longa & lata, cuius Metropolis Moguntia, nunc vero Herbipolis sola. Bauarij, Sueui, Rhenenses, Saxones, Thuringi, & circumferti Pontificatus, magnam hodiè partem Franciæ in Germania occupant. Item anno gubernationis huius Anaelis 280. Romanum inclinari cepit imperium, cum vrbs capta fuit à Gottis & incensa, sede prius imperiali sub Constantino in Græciam translata, quod initium fuit & causa totius inclinationis Monarchiæ. Nam circa finem huius regimenti Anaelis surrexerunt Radagisus, Alaricus, Athaulfusque Reges Gotorum. Item postea Gensericus Vandalorum, Athila quoque Hunorum, qui totam Europam peruagantes, imperium miserabiliter lacerauerunt, vt in his historiis patet.

XVII.

POST Anaclem ordine 17. Zachariel spiritus Iouis regimen vniuersale tertia vice resumpsit prima die Iunii, anno mundi 5669. mense 4. Dominicæ vero Natiuitatis 463. mense 7. & præfuit annis 354 mensibus quatuor, vsque ad annos mundi 6023. mensemque 8 Domini autem 817. Multi his temporibus amore philosophiæ Christianæ, sese ad Eremitum contulerunt, multa etiam apparere portenta, Cometes, terræmotus, pluuia sanguinis. Merlinus in Tumbæ natus miranda prædixit in principio huius regiminis. Arcturus (quem vulgo Artum appellant) Rex Britannia famosissimus barbaros vicit, pacem Ecclesiæ reddidit, multa prælia victor gessit, fidem Christi ampliauit, Galliam totam, Noruegiam, Daciam & multas prouincias suo imperio subiugauit. Erat omnium sui temporis Regum gloriosissimus, qui post multa egregia patrata, nusquam comparuit, multis annis expectatus à Britonibus redire, de quo mirabiles olim Mimi cantilenas ediderunt, quo regnante, Anglia in flore fuit, cui terdena regna seruiuerunt. Hisce temporibus monachorum in Ecclesia Dei ordines ceperunt multiplicari. Theodoricus Rex Gothorum Arrianus totam Italiam possedit, Boetium consulem occidit. Erant omnia perturbatione plena, imperium simul & Ecclesia. Zenon & Anastasius Imperatores Arriani in Oriente, Theodoricus & sui successores in Italia, Honorius Rex Vandalorum in Africa tyrannidem exercebant non paruum. Clodoueus tandem Rex Francorum in Gallia factus Christianus & Gothos superauit & pacem rebus imposuit, licet non vbiq; terrarum tempore Sancti Benedicti, anno Christianorum quingentesimo, vel circa in principio regiminis huius Angeli Zacharielis Iouis, cuius est proprium spiritus, imperia mutare & regna, quod in hac reuolutione factum, multipliciter historiæ declarât, & quod ipse facere nõ potuit Raphaeli Angelo Mercurij successori suo faci-

*Persecutiones multa aduersus Ecclesiam.*

*Constantinus fit Christianus.*

*Vniuersi Dei cultus restauratus.*

*Notabile.*

*Cometes.*

*Arriana hæresis. Cruces in vestibus.*

*Francorum Germanorum origo.*

*Inclinatio Romani imperij. Gothorum Vandalorum. Hunorum irruptiones.*

*Cometes, terræmotus, pluuia sanguinis. Merlinus. Arcturus rex Brit.*

*Monachorum ordines Boetius Perturbatus status Ecclesiæ & imperij. Clodoueus rex Franciæ bonus.*

CHRO

faciendum in Carolo Franco fecerunt, Gothorum, Vandalorum, Alemanorum, Bajuvarum, legibus ornauit. Rempub. Iustinianus templum bipertitum, consulum suere temporibus, vt est quem Eracleus postea occidit temporibus circa Christi arcerunt ablatum. Dagobertus interfecit. Notandum pit defecere subintrante secula annos Domini 774. cuius diuisum est imperium Romanum, qui eripuit de interitu Westgallorum in Saxonia

OCTAVO decimo luctu mundi gubernatione vniuersi 6023. mense 8. D. vsque ad annos mundi 6378. archia Romani imperij, filius eius Ludouicus imperij vires rursus extenuarunt. Sub Ludouico secundum quædam cum omnibus adribili. Circa Domini annos 1000 Francorum, propriosque Forolium, cui septem per ortu translationem in Germania reformari cepit, cui fidei cõuertuntur Hungari ad Electores imperij post se infentem die. Hierusalem terra, mari & aquis. Otton succellit, imperauit annis 20. na cum vxore Kunigunda r. Dux Francorum, & imperator & Hierusalem de manibus i & portenta visa sunt, & par multa imperio Romano fecerunt tres in Oriente visi sunt dictus imperare ceperit, & in his 336. Multa gessit magnificus tempore nono Egiani &

NONO decimo ordinis Martis, tertio die Marti ad annos mundi 6732. menteratarum bella fuerunt, qui pristinos terminos amiserunt. Dicitur Fridericus Melem à Sarraenis iterum cap maximum his temporibus incessant. Post Fridericum He ma confundit imperium sub multa, Argentine, Colonia,

CHRONOLOGIA MYSTICA.

faciendum in Carolo Francorum ordinavit. Multa enim regna sub his 350. annis defecerunt, Gothorum, Vandalorum, Burgundiorum, Longobardorum, Thuringonorum, Alemanorum, Bauarorum, & alia complura. Iustinianus Imperator primus Rempub. legibus ornauit pulcherrime. Viri sub Zacharie clarissimi plures floruerunt, Iustinianus templum Sanct. Sophiæ 400. turrim Constantinopoli extruxit. Imperium bipertitum, confutum, & turbationibus plenum crebrius fuit. Signa multa his apparere temporibus, vt est reperire in historiis. Cosdrai Perfarum Rex Hierusalem cepit, quem Eracleus postea occidit, Machomer Arabs Saracenorum sectam introducit hisce temporibus circa Christi annum 600. per quam imperium Romanum in Asia ex toto iam cernitur ablatum. Dagobertus Rex Franciæ Anglos, qui tunc Saxones dicebantur, superans interfecit. Notandum quod fides Christiana paulatim ab hinc in Asia & Africa cepit deficere subintrante secta Sarracenorum, quæ iam totum per se mundum fœdauit. Circa annos Domini 774. cruces apparuerunt in vestibus hominum, & non diu postea diuisum est imperium Romanorum, facta translatione Monarchiæ ad Francos in Carolum, qui eripuit de interitu Ecclesiam & imperium, & gessit prælia multa. Nomen sub eo Westgallorum in Saxonia post victoriam cepit.

XVIII.

OCTAVO decimo loco post Zachariam Iouis Angelum, Raphael spiritus Mercurii mundi gubernationem tertio suscepit, 2. die mensis Nouembris, anno conditionis vniuersi 6023. mense 8. Dominicæ vero natiuitatis 817. & præ fuit orbi 454. mensibus 4. vsq; ad annos mundi 6378. Dominicæ vero 1171. In principio huius reuolutionis Monarchia Romani imperii, sicut diximus, in Carolum Magnū translata est. Post Carolum filius eius Ludouicus imperauit annis 25. Quo mortuo, filii eius inter se dimicantes, Imperii vires rursus extenuarunt. Normanni Galliam deuastarunt. Roma bis fœdatur a Sarracenis. Sub Ludouico secundo sanguis pluit à Cælo in Italia per triduum. In Saxonia villa quædam cum omnibus ædificiis & hominibus in momento absorbetur hiati terræ horribili. Circa Domini annos 910. motus in Italia facti sunt magni, defecitq; Italia ab imperio Francorum, propriosque sibi constituit Reges, quorum primus fuit Berengarius Dux Foroliuii, cui septem per ordinem successerunt, annis ferme quinquaginta, vsq; ab imperii translationem in Germanos. Factusq; fuit primus Imperator Otto, & ex hinc Monarchia reformari cepit, cui filius Otto, & nepos Otto in imperio successerunt, sub quibus cœuertuntur Hungari ad Christianorum fidem. Otto autem tertius sine liberis mortuus, Electores imperii post se instituit, anno Christianorū 1002. sicuti permanent vsq; in præsentem diem. Hierusalem vero capitur à Sarracenis. Portenta multa sunt visa in cælo, aere, terra, mari & aquis. Ottone vero tertio mortuo, Henricus primus principum electione successit, imperauit annis 20. qui Bambergensem Ecclesiam fundauit & moriens virgo vna cum vxore Kunigunda miraculis coruscavit: post quem Conradus eligitur primus Dux Francorum, & imperauit annis 20. Item Gotfridus Comes de Bulion terrā sanctam, & Hierusalem de manibus infidelium recuperauit. Ante finem reuolutionis multa signa & portenta visa sunt, & paruo elapso tempore gens Tartarorum egressa de finibus suis, multa imperio Romano fecit mala, fames, pestilentie & terræ motus imperio fuerunt. Soles tres in Oriente visi sunt totidemq; Lunæ, anno Domini 1153. Fridericus I. Barbarossa dictus imperare cepit, & imperauit annis 33. Cuius imperii fuit initium anno Raphaelis 336. Multa gessit magnifice, viresq; imperii dilatauit, & multa bella feliciter gessit, cuius tempore nono Egiani & Lituotrii ad fidem Christi conuersi sunt.

XIX.

NONO decimo ordine imperium mundi vniuersale sumpsit tertia vice Samael spiritus Martis, tertio die Martii, anno mundi 6378. & gubernauit annis 354. menses 4. vsque ad annos mundi 6732. mense 4. Domini vero 1525. Sub cuius regimine multa in orbe terrarum bella fuerunt, quibus infinita hominum millia perierunt, & regna quam plura pristinos terminos amisérunt. Inter Fridericum Imperatorem primum, & Romanos proceres discordiæ multæ fuerunt & prælia magna, & Romanorum multa millia perierunt. Dicitur Fridericus Mediolanum funditus subuertit. Leodium destruitur. Hierusalem à Sarracenis iterum capitur. Imperium Tartarorum omnium hoc tempore in orbe maximum his temporibus initium sumpsit, feceruntq; in mundo plagam maximam, nec cessant. Post Fridericum Henricus filius eius ad Imperatorem eligitur. Quo mortuo, schisma confundit imperium sub Philippo & Ottone, & secuta sunt in finib. Germaniæ prælia multa, Argenti, Colonia, Leodii, Wormatiæ, Spire, & in toto regno. Mendicantium secta

Interius uniuersorum regnorū.

Iustinianus Imperat. Templum S. Sophiæ.

Cosdrai. Machomet.

Dagobertus.

Notabilia.

Carolus Imp.

Translatio Rom. imperii ad Francos.

Sanguis pluit. Cæsum in Saxonia.

Translatio Rom. imperii in Germanos. Ottones. Hungarorum conuersio ad fidem Christi. Electorū Principum origo.

Henricus I. fundator Bambergens. Ecclesie.

Tres Soles in Oriente.

Mediolani destructio. Tartarorum irruptiones.

Rumores bellicorum. Fides defecit.

Mathemij  
Opera  
historica



IOHANNIS TRITEMII

secta his temporibus instituitur, anno Samaelis 40. vel circa. Vnde certum est omnia prouidentia fieri. Sarraceni multa praelia aduersus Christianos in Asia & Africa gesserunt. Constantinopolis capitur à Germanis, & Balduinus Flandriæ Comes Imperator instituitur. Ex Alemania pueri plus quam 20000. à pyratibus merguntur in mari, qui vano spiritu seducti se terram sanctam recuperaturos dicebant. Ex Hispania coadunati pastores pecorum nulli Parisius accedentes, bona clericorum rapuerunt, populo congratulante. Sed cum manus in Laicorum extenderunt bona, necati sunt. Anno Christianorum 1212. Fridericus secundus eligitur, imperauit annis 33. qui multa contra Ecclesiam egit. Anno 1238. Eclipsis & terræ motus continui multa hominum millia oppresserunt. Frisia quoque per maritimos fluctus pene tota submersa fuit & perierunt plus quam 100000. hominum. Tartari Hungariam deuastant atque Poloniam. Armenia maiori prius, & multis superperatis regionibus. Anno Christianorum 1244. quidam Iudæus apud Toletum fodiens, librum inuenit, in quo erat scriptum: *In tertio mundo Christus nascetur de Virgine Maria, & pro salute hominum patietur.* mox credens baptizatus est. Tertius mundus, tertia Saturni spiritus reuolutio fuit, de qua supra dictum est, in cuius principio Christus fuit de Virgine natus. Romani Pontifices Fridericum abrogantes imperio 28. annis vacasse dixerunt, usque ad electionem Rodolphi Comitis de Habsburg, inter reges constituentes, Principum electione, primo Henricum Comitem de Schwartzenburg Thuringum, Wilhelmum Comitem Holandiæ, Conradum filium Friderici, Alphonsum Regem Castellæ, & Richardum Comitem Cornubiæ fratrem Regis Angliæ, & multiplicata sunt mala in terra. Hoc tempore circa annos Domini 1260. Suintenium confederatio primum cœpit gens, parua numero, quæ cum tempore creuit & multos nobilium alios interfecerunt, alios de finibus fugerunt, viri bellicosi, quorum Respublici. nota est omnibus Germaniæ populis. Anno Christianorum 1273. Rudolphus de Habsburg electione Principum Imperator constituitur, & imperauit annis 18. vir per omnia prudens & optimus, de quo Duces Austriæ omnes postea descenderunt. Tartari terras Christianorum, Constantinopolim & Græciam inuadentes, multa damna Christianis intulerunt. Sarraceni multas in Asia ciuitates occupant, & plusquam 4. centies Christianorum interficiunt. Rudolpho mortuo, Adolphus de Nassau in Regem electus est, & imperauit annis 6. quæ Albertus filius Rudolphi postea superans in bello iuxta Wormatiam occidit, & Imperator electus fuit anno 1298. imperauitque annis 10. & à fratris filio interficitur. Ordo Templariorum iussu Clementis Papæ quinti destruitur. Insula Rhodus per Christianos de manibus Sarracenorum capta est, anno 4. obsidionis & belli contra eos continui. Alberto per nepotem occiso, Henricus 8. Imperator constituitur, Comes Lucenburgenfis, qui imperauit annis quinque. Quo mortuo Ludouicus quartus Bauriæ imperat annis 32. incipiens anno 1315. cui Romani Pontifices coronam dederunt. Fridericus Dux Austriæ se opposuit, sed ab eo superatus est. Post Ludouicum Carolus quartus Bohemiæ Rex, Imperator constituitur, qui Episcopatum Pragensem in Archiepiscopatum crexit, imperauit annis 31. Terræ motus maximi fuerunt. Hic Carolus multa circa Telonea de nouo instituit in fauorem Principum Electorum. Guntherus Comes de Schwartzburg, se Regem appellans, Carolo Imperatori opposuit, sed nihil aduersus eum preualuit. Post Carolum filius eius Wenceslaus imperauit annis 22. post quem Iodocus Marchio Morauia successit Sigismundo Wenceslai germani. Leupoldus dux Austriæ cum 8. Comitibus & plus 40000. à Suintenibus in bello dimicans occisus est. Sub Wenceslao Bohemorum Rege & Imperatore, dogma Hussitarum initium sumpsit. Wenceslaus fuit depositus: quo deposito, Rupertus Comes Palatinus Rheni Bauriæque dux fuit electus, & imperauit annis 10. Anno Domini 1369. Sarracenis bellum induxerunt Christiani, sed male successit propter arrogantiam Gallorum, quia plus quam 100000. nostrorum occubuerunt, præter captiuos, inter quos fuit Iohannes Burgundiorum Dux, multa fuerunt his temporibus bella. Anno 1407. Sigismundus fit Imperator annis 27. Bohemiam vastare conatus est, pro exturbatione hæresium, sed parum profecit. Regum Franciæ per Anglos & Burgundiones atrociter vastatur, affligitur. Sigismundo vita defuncto Albertus dux Austriæ, gener eius successit, anno Christianorum 1438. regnauitque annis duodecim, ut duobus, vir optimus & imperio dignus. Quo mortuo, Fridericus III. dux Austriæ, Ernesti filius, electione Principum Imperator constitutus fuit, & annis 56. imperauit, vir ingenio diuinus, & animo pacificus. Anno domini 1440. cœpit regnare. Anno Christianorum 1453. Constantinopolis traditione cuiusdam Ianuensis à Turcis capitur, & paulatim tota Græcia defecit à fide Christiana. Porro enim tempore multa re-

*Deus.  
Seditio aduersus  
Iulium Cæsarum.*

*Eclipsis & terræ  
motus.*

*Tartarorum  
impetio.  
Inuentio libri  
per Iudæum.*

*Abrogatio imperii  
Friderici.  
Rodolphus de  
Habsburg.*

*Suintenium con  
federatio.*

*Ducum Au  
striæ origo.*

*Adolphus de  
Nassau rex.  
Albertus Imp.  
Ordo Templariorum destruitur.*

*Carolus 4. Bohemius Rex  
Imp.  
Terra motus.  
Telonea.  
Guntel filius  
Wenceslai  
Imperator.*

*Dogma Hussit.*

*Miseranda  
Christianorum  
clades.  
Sigismundus  
Imp.  
Anglia & Burgundia  
aduersus  
Franciam.  
Fridericus 3.  
Imp.*

*Constantinopolis  
capitur.*

CHR

ta tegna & prouinciæ  
bella inter se hoc temp  
lia, Prussia, Flandria, Sue  
tropolis Alemaniæ inue  
Christianorum 1456. T  
peregrinatio ad sanctum  
fuerunt, & perierunt  
tur & spoliatur, Metro  
1465. Postea anno 67. D  
que potenter obtinuit, si  
lanuarium, anno Domini  
anni spatium obledit, a  
gnaninus. Turci multa  
tum in Euboiâ, Regnum  
plura regna in Oriente.  
Niclaushausen, erroribus  
federunt, sed non ratiua  
runt, interfectis Christi  
ti Imperator Turcarum  
cessit, imperans iam in a  
lius Rex Romanorum F  
tatus est, qui ordinem  
bello domuit, Sycambro  
aduersus seditragos on  
dias comperus est. Om  
ti imperio Cæsaris rebell  
enim iudicentur futura  
sine prophetia, & noue a  
1508. restant anni usque  
ficantes initium malorum  
hominum uisæ ante dec  
hinc iure citatus locum  
nebula tegas.

ORDINE vicefim  
6732. mensis 4. die mensi  
nis 354. mensibus 4. usque  
tis 1879. mensis similiter  
Non hæc assertio  
nulla est ratione credend  
consentendum si duxerit  
pria protestor, & ore  
nisi quod Ecclesi

CHRONOLOGIA MYSTICA.

ta regna & prouinciæ Christianorum à Turcis vastantur & capiuntur. Multa Christiani bella inter sese hoc tempore habuerunt grauissima in Gallia, Anglia, Saxonia, Westphalia, Prussia, Flandria, Suecia & alijs locis. His temporibus ars impressoria Moguntia Metropolis Alemaniae inuenta est de nouo, mirabili industria, munere diuinitatis. Anno Christianorum 1456. Turci prostrati in Hungaria per fideles multi perierunt. Puerorum peregrinatio ad sanctum Michaelem mirabilis fuit. Terræ motus in regno Neapolitano fuerunt, & perierunt plus quam 4000. hominum. Anno Domini 1462. Moguntia capitur & spoliatur, Metropolis Francorum. Carolus dux Burgundiae Francos deuicit anno 1465. Postea anno 67. Dinant & Leodion destruxit. Anna 1473. intrauit Geldriam, eamque potenter obtinuit, similiter & Ducatum Lotharingiae totum. Cometes per mensem Ianuariam, anno Domini 1472. apparuit. Carolus dux Burgundiae oppidum Nuscium ad anni spatium obsedit, anno 74. qui postea anno 1477. in bello fuit occisus, princeps magnanimus. Turci multas Christianorum ciuitates his temporibus ceperunt, Nigropontum in Euboia, Regnum quoque Bosneum, Ducatum de Speris, Achaiam Mytsenam, & plura regna in Oriente. Anno 1476. concursus stultorum in Francia Germaniae factus est Nielaushausen, erroribus plenis. Anno 1480. Turci magno cum exercitu Rhodios obsederunt, sed non prauauerunt, eodem anno discedentes à Rhodis, Hydruntum ceperunt, interfectis Christianorum plus quam 12000. solum 22. fuga elapsis. Et anno sequenti Imperator Turcarum Machomet mortuus est, cui Baysetas primogenitus in regno successit, imperans iam in annum 27. anno Christianorum 1486. Maximilianus Friderici filius Rex Romanorum Francofordiae constituitur, & Cæsar à Iulio Papa anno 1580. salutatatus est, qui ordinem militiae S. Georgii contra haereticos & Turcas instituit, Suisenses bello domuit, Sycambros rebelles usque in hunc diem, bello impugnat, fortunabiturque aduersus sedefragos omnes. Rex Gallorum (suo more) persecutor Imperii, notare inuidias compertus est. Omnipotens tuetur Samaelis imperio descriptos anno 1508. Veneti imperio Cæsaris rebelles, & banno & bello notati sunt. Erit pertinaciae poena, satis factiois consultæ præmium. Circa finem huius tertiæ reuolutionis Samaelis, alterationis imago transibit ad primam, & erit perditio multorum. Nisi enim Y. reducatur, Deo ministrante, ad Algos, erit alicuius Monarchiae, vel magni alicuius translatio regni. Secta religionis confurget magna, veterum destructio religionum. Timendum ne caput vnum amittat bestia quarta. In Samaele Mars primo prædixit diluuium, Troianum in secundo excidium, in tertio erit circa finem magnum vnitatis detrimentum. Ex præcedentibus enim iudicentur futura quæ sequuntur. Non cõsummabitur hæc Martis tertiæ reuolutio sine prophetia, & nouæ alicuius institutionis religionis. Ab hinc anno Christianorum 1508. restant anni usque ad finem gubernamenti Samaelis 17. In quibus dabuntur significantes initium malorum figuræ. Anno enim Christianorum 1525. cruces in vestimentis hominum visæ ante decennium, quod præterit, suum ostendent effectum. Sed 13. ab hinc iure citatus locum dabis nescienti: maior post fata resurges mihi in tertio, nisi licet nebula tegas.

XX.

ORDINE vicefimo Gabriel Angelus Lunæ mundi regimen recipiet, anno mundi 6732. mense 4. die mensis Iunii 4. anno Christianorum 1525. & mundum gubernabit annis 354. mensibus 4. usque ad annos mundi 7086. & mensem 8. Dominicæ vero natiuitatis 1879. menses similiter 11. Huius reuolutionis futura series prophetiam requirit.

Non hæc assertiue scripsi, sacratissime Cæsar, quibus cum iniuria Orthodoxæ fidei nulla est ratione credendum. Sunt vero qui menses in his supputauere Lunares: quibus consentiendum si duxeris, mutanda sunt ea, quæ aliter scripsi. Manu quoque mea propria protestor, & ore confiteor, quod in his omnibus nihil credo, nihil admitto, nisi quod Ecclesia credit catholica: cætera ut vana, conficta, & superstitiosa refuto & contemno.

*Laus Deo omnipotenti.*

*Bellorum tumultus. Ari impressoria Moguntia inuenta.*

*Terræ motus. Moguntia capitur. Bellum Ducis Burgundia. Cometes.*

*Turcarum successus felix. Concursus ad Nielaushausen. Maximilianus Imp.*

*Initium malorum.*

Withemij  
Opera  
historica